

Ita. 1.

Ita. Egre dietur (vaticinatur) Virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet. Quavis invertuntur situs, & positiones, quippe floris thronus est virga, radixque virga, nullumque flosculum in radice nascitur, est veniat à radice; nullo modo aptius in arbore generis, quam hac mutatione, exprimeret quibus Evangelicus Vates ostentum Conceptionis Mariæ. Vulgare autem est, quod flos situm habeat in virga, à qua immediatè provenit germinis natura. At si esset in virga, tanquam filia rami, haberet esse meditatione trunci. Non itante flore in virga, Matris Dei in radice exprimitur differentia: lateri collocatur linea recta; quia de illa repugnat prædicari, tanquam filia rami, prædicatum quod transcendit in reliqua germina trunci.

Licet in recta consistat, recedat connotativè quia gratia à ceteris distincta in conceptione.

Ubi sup.

Venant.

Cur aliter flor.

In quo differetia conceptio.

Utra. Mater & filia dicitur Virgo, dum gaudet perpulchro pulvere humano. Tanquam filia pertinet virga, quæ dicit ordinem ad stipitem sicum pernicie transgressionis. Tanquam matri non virga, sed radix; qua floret venustas gratiosi germinis: & licet Virgo ex trunco Adami producat; non ut filia, sed ut mater in generationis arbore collocatur: ad hoc profectò tantum destinata lateri; præveniente disposita gratia, recenseatur in arbore uti Mater differentia.

32 Verum quanam? Patet auctoritate præfata. Egre dietur virga de radice Jesse, & flos de radice ascendet. Aliqua examinata. In natura humana Virgo flos & virga est. Unde Venantius de Partu Virgin. lib. 1. v. 11.

Virgo hac virga fuit, de qua flos. Tanquam in arbore describuntur rami, vel virga mortales in libro generationis. Simul cum virgis egredierentur flores, si radix amaritudinis tabescebat verne criminis originalis. Nascitur homo in mundum, sed videtur virga tantum; quippe qua in paradiso rutilabat venustate, desolata fuit à callidior serpente. Hanc conditionem habebit & Virgo? Naturæ, verum non noxæ: siquidem in radice amara, cuius alij virgæ sunt, ascendendo superextollitur flos. Egre dietur quæ ex non floridis florida? Egre dietur: & florebit, dum alij ardescunt, antequam egrediantur. Patet ergo inter homines differentia, ut à cunctis generationibus prædicetur beata: quoniam si homo priusquam egredietur cadit; illa, uti flos, antequam egredia-

tur, ascendit. Flos gratia est: clarescit differentia, dum concipitur in gratia. Accipit Sedul. lib. 2. v. 32.

Ut quoniam natura prior vitata iacebat, Velut in spinis mollis rosa surgat acutis. Lucem illicò ut Deus fecit, à tenebris segregavit. Virginem divisit à tenebris antequam tecisset. Vidit Deus lucem, quòd esset bona; & quia bona erat, subduxit ab umbra. Perpulchra imago, ut rutillet perfectionis conceptione: etenim cum notaretur à gratia in natura cum differentia; exulavit in primo instanti Virginis umbra, ut esset, vel dum concipitur, bona.

33 Que est ista, que progreditur quasi aurora surgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol: ita Angeli canunt in Virginis conceptione. Videtis Ghisler. Alapide, & Hayc hic.

Que est ista, que accipit humanum esse, quin videatur humanum, cum claritate: igitur ubi alij tenebræ & non lux; hæc progreditur quasi Aurora & Luna, & Sol. Nota verionem Anibrosij. Que est ista, que progreditur admiratio! Ita profert lib. de Isaac. Si progreditur ut Sol, ut Luna, ut Aurora, quo pacto uti admiratio progreditur? Proteram. Admiratio oritur ex novitate. Non est Sol, quin patiatur eclipsim, nec Luna, quæ non habeat diminutionem; neque Auroræ color roseus, quin deturpetur nigrescentibus nubibus: ubi concipitur ut Aurora, Luna, Sol, speciosissima Virgo, concipitur admiratio: quia omnino novum in natura humana, sine nubecula Auroræ, Luna sine labore, Sol sine eclipsi.

Natura fuit absorpta in eius conceptione. In natura gratia contulit esse. Ius est quòd plaudatur ut miraculum, quod nunquam & nusquam visum. Gratia prevenit naturam in conceptione. Quis vidit huic simile? Admiratiō congruit laudibus esse huiusmodi rubum refertum rosis pro spinis, cœlum sine nube, Solem cum candore, Lunam copioso lumine, lucem sine tenebris, cœlestium splendoris, speculum sine macula, candorem abs nebula, hortum conclusum, fontem signatum, arborem vitæ, miraculum gratiæ, & specimen singularissimum gloriæ.

Quid mirum quòd sedes sit Deitatis, quæ exiit pura vel in puncto conceptionis:

)(?)(



TAUTOLOGIA

QUARTA.

FORMAVIT IGITUR DOMINUS DEUS hominem de limo terra, & inspiravit in faciem eius spiraculum vite,

ET FACTUS EST HOMO IN ANIMAM VIVENTEM. Genes. 2. vers. 7.

EXPOSITIO LITERÆ.



TSI Locum haud incongruum haberet Tautologiæ examen ad illud 1. Genes. v. 20. 21. 24. 28. & 30. ubi iteratur sæpe Anima vivens, & Animantia quæ moventur, alijque quàm plurimi Pleonasmis, de quibus infra, in præsentiarum studiosè protraxi: primum enim in genere debet esse mensura, & cæterorum inferiorum regula. Primum de reliquis animantibus in Sacra Pagina agitur, quia prius quod animale, quam quod spiritales: sed non quia primum: plauditur enim utcumque principale, quod primum in intentione. Operæ pretium duxi expositionem texere de Anima, ubi de nobiliori animantium, propter quem omnia. Speculum igitur describitur mundi, siquidem cuncta explorantur in homine: eminet autem collatione tacta, rationalis excellentia, & quasi in pergula cunctis ostenditur nature superioris præstantia. Nam (ut ait Augustinus lib. 10. de Civit. Dei, cap. 12.) & omni miraculo quòd sit per hominem, maius miraculum est homo. Assentitur luculenter Seneca lib. 6. Benefic. cap. 23. dicens: Inter maxima veram suarum natura nihil habet, quo magis gloriatur, aut certe cui gloriatur. Perquam aptè. Quo, propter corporis elegantiam, ac pulcherrimam habitudinem: Cui, propter præcellentem animæ cognitionem. Unde Ovidius lib. 1. Metam. canit Fab. 2.

Sanctius bis animal, mentisque capacius alter. Animæ verò materiales dicuntur Martales à Mantuan. Faciles, id est, nullius momenti à Valerio Flacco in Argonaut. Manil. lib. 4. Astron. cap. ult. vocavit Sanguineas. Aufon. Caducas. Tu brevis hunc ævi cursum, celeremque caducæ Finem anima.

Lucretius de Rerum natura, lib. 5. Leves. Aurarumque leves anima, calidique vapores. Atque optimè Severinus Boëtius lib. 3. de Consolat. cap. 3. Vitas minores, quasi infimæ notæ & clasis, appositè appellat. Sic enim succinit: Tu causis animas paribus, vitasque minores Protrahis.

Inter has, discrimen rationalis assignat eruditè Marius Victor. lib. 1. Genesios v. 198. dicens: Omnia quæcumque movent anima generata vivente, Vos, operante Deo.

Quapropter circa opificium hominis dicitur: Formavit Deus. De reliquis, Produxit, fecit; Gen. 1. 24. 25. & cap. 2. 4. Formatio namque hominis non qualis qualis: materiam sanè non nobiliorem, sed nobiliori modo Deus auctor concinnavit in corpus; quod quidem capax formæ spiritalis subiectum, & forma finis supernaturalis; id est cognitionis, & dilectionis Opificis. Diligentius enim & nobilius disposita: ita eximie in utroque compositionis extremo: ut corpus quantumvis terrenum (quia non corrumpi poterat, atque poterat corrumpi, de quo ex professo Tautolog. 5. in Expositione litera) nobilè, luculètaque organizatione, haud aggravaret animam, & terrena inhabitatio minime deprimeret sensum multa cogitantem, oblitans facultatù usibus, ac formæ rationalis proprijs functionibus: parique modo intelle-

Sedul.

Gen. 1. 4

Cant. 6. 5.

Ambr.

Cur admiratio dicitur eius: Conceptio.

Admiratiōne rationis vitæ plauditur.

Eius eloquia.

Genes. 203

Homo specula totius mundi.

August. Miraculum Senec.

Ovid. Epitheta anime materialis. Mantuan. Valer. Flac. Manil. Aufon. Lucret. Sever. Boet.

Mar. Vict.

Hominis confirmatio mirifica.



Imago Dei.

Manil.  
Homo dicitur  
Dei mortalis.  
Mercur.  
Tilma.  
Lut. Lipf.

In huius  
formatione  
causet Dei  
nitentia  
specimen.  
Flam.

Ambros.  
B. G.  
Nic. Nan  
cel.

D. Thom.  
Angell.

Cyprian.

Hilar.

Alcim.  
Avit.

Parvatio  
hominis.

Acceptio  
animae.

D. Thom.  
Anima pra  
beuine.

Virgila

Actualis ratiocinans substantia informaret corpus; ita ut non egeret tribus potentijs, quibus homo similis Deo, erga obiecta operaretur. Unde Manil. lib. 4. Astronom. cap. de Divin. Animi, v. 30.

Exemplumque Dei quisque est in imagine parva.

Et Mercurius Trismegistus, allucinatus esto, inquit. Audendum est dicere, Hominem terrenum esse Deum mortalem; Deum caelestem esse hominem immortalem. Post Incarnationem Verbi Dei solutus nodus; & allusio ad illud Pauli 1. Cor. 15. 47. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de caelo caelestis. Vide Iulium Lipsium lib. 3. Physiolog. Stoic. Dissertat. 2.

Inconcussum igitur hoc capite Geneleos secundo, Anacephalosis, sive formationis hominis primi summam, vel recapitulationem fieri. Condecens liquidum erat, ut eximium opus Dei celeri manu, incuriose, & levi oculo, quali per transfennam haud obumbraretur: quandoquidem ex opere affabre facta, & perfecta (ex cosmopoeia scilicet hominis) & summam exploratur studium Opificis, & ipsi hominibus sua exhibet specimen divinitatis. Iccirco David Psalm. 138. v. 6. merito exclamat: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Illius enim micās ac specubilis forma, operationibus animae congruens & apta, statuto corporis, os sublime, partium, totiusque symmetria, nihil aliud sunt, quam sciagraphia, qua exhibetur oculis apprimē sapientia Divina. Picturatē ergo delineatur opus ab Ambrosio, & Basilio in Hexaēmer. quorum incubrationes (est fallus, ne in plagio deprehenderetur) desloravit Nicolaus Nancelius in Analogia Micro ad Macro, lib. 8. cap. 13. Quapropter ut animata tabella, in qua artificis summitas, altius commendaretur; cum caetera fecisset verbo, hominem constituit manus confideres totum Deum occupatum, propter operis mirifici obsequium. Utitur itaque Scriptura (ait Angelic. Doctor 1. p. q. 91. art. 4. ad 1. ex Augull. in Genes. lib. 6. cap. 12.) in productione hominis speciali modo loquendi; ad ostendendam, quod alia propter hominem facta sunt. Sic igitur accinit Cyprianus, vel Tertulianus, ut placet Pamela in sua Genesi v. 30.

Et licet hunc uno possit componere verbo,  
Ipse tamen sancta dignatus auere dextra,  
Inspirat brutum divino in pectore peccus.

Hilarius Pictav. in Geneleos histor. v. 118.

Terras (Deus) respiciat amicas:  
Sed faciamus, ait, hominem, cui vultus imago  
Noster erit: manibusque meis procedat in avum.  
O Felix animal!

Ac denique comptē Alcimus Avitus lib. 1. de Origine Mundi vers. 49.

Laudatque Creator  
Dispositum pulchro, quem condidit ordine Mundum.  
Tum demum tali Sapientia voce locuta est.  
Nunc formetur homo.

Hac ait: & fragilem dignatus tangere terram,  
Temperat humentem conspersu pulvere limum,  
Moliturque novum dives sapientia corpus.  
Postquam perfecta iacuit novitatis imago,  
Totus homo, & fumant calefacta viscera, solam  
Exspectant animam: puro quam fonte Creator  
Promittit, & erectus rectorum mittit in artus.

Quod quidem brevius Moyses Formavit (ait) igitur Dominus Deus hominem de limo terrae & inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam viventem.

Antequam Hebraei multiplex delicationem proferant; acceptioes Animae, Spiritalis & Spiraculi, quae quidem passim mutuō conferuntur, ut auctoritatis praeiactae, aliarumque affinium scopi pateant, labor erit exprimere; verum enim verō pretium discapinare. Anima multoties pro toto homine. Confule D. Thomam 1. p. q. 75. art. 4. Animas, quas fecerant in Haran. Genes. 12. 5. Da mihi animas. ibid. 14. v. 21. & 46. v. 15. 18. 22. 26. 27. Anima eorum in captivitatem ibit. Itai. 46. v. 2. idest, Illi, Affligetis animas vestras. Levit. 23. v. 27. idest Vos. Si placet anima vestra. Genes. 23. v. 8. idest, Vobis. Non interficiatis animam eius. ibid. cap. 37. v. 22. idest, Iosephum, de quo sermo. Anima per Synecdochen, idest, homo. Haye, Corneli. Alapide & Peterius hic. Quo sensu Virgilius Aeneid. lib. 11. v. 24.

Ite (ait) egregias animas, quae sanguine nobis

Hanc

Hanc patriam peperere suo.

Anima pro vita crebro. Cum anima illius ex huius anima dependeat. Genes. 44. v. 30. Animam illius serva. Job 2. v. 6. Ne solliciti sitis anima vestra, quid manuceitis. Marchi. 6. v. 25. Per salutem animam tuam. Reg. 11. v. 11. idest, vita, ut patet. Unde Profani idem. Ovidius 1. Pastor. Animam suavorem; & lib. 1. Trist. Eleg. 11. Anima probo virum: idest, vita. Ferē idem Plautus in Menachm. Scen. 5. Act. 5. Propertius lib. 1. Eleg. 6.

Me sine quem semper voluit fortuna tacere,

Hanc animam extrema reddere nequitia.

Virgil. etiam lib. 1. Aeneid. v. 102. & lib. 3. v. 654.

Tuaque hanc animam effundere dextra.

Vos animam hanc potius abstulite letbo.

Pro spiraculo, spiritu, respiratione, flatu, seu vento interdum; licet voci Spiritus saepe plus in Sacra Pagina addatur Vita: ut conitat Gen. 6. v. 17. Ezech. 11. v. 20. & 37. v. 5. & 14. Cuius acceptioes, si lubet, videris apud Ferdinandum Vellofillum in Advertent. Theologiae. super Chrysof. tom. 1. Quaest. 1. Villalpandum in Explanation. cap. 1. Ezechiel. num. 21. Ariam Montanum in Appar. Sacror. Biblior. Libell. cui titulus, Ioseph. sive de Arcano Sermonis, cap. 3. Alphonsum a Castro advert. Hares. lib. 2. verb. Anima, Hares. 2. ac denique Expositores ad illud Genes. cap. 1. v. 2. Spiritus Dei ferebatur super aquas.

Liquet pertritis auctoritatibus huiusmodi Animate acceptio. 2. Reg. cap. 1. v. 9. dicitur: Adhuc tota anima mea in me est. Psal. 68. v. 2. Intraverunt aquae usque ad animam meam. Hispanice: Hasta abogarme. Iudith. cap. 13. v. 29. Videns Achior caput Holofernis, angustiatu cecidit. & asuavit anima eius. Idest, exaguis expiranti similis, respirare nequibat. Quod Nos vernacule dicimus: No le alcanzaba el aliento. Apud Profanos non semel. Anima putei, ait Plautus in Amphitr. Idest, spiraculum putei. & in Afinar. Fatet ne anima tua uxori? Nempe, ne offendit halitus: Quod quidem 1. Tuscul. Quaest. ciam Cicero: Si anima (ventus) animus est (idest, anima) fortassis dissipabitur. Ac de Univ. ait: Inter ignes & terram, aquam Deus, animamque posuit. Animam, hoc est, aërem. Marcus Varro dixit: Phrygijs audire animas. Et Virgil. lib. 8. Aeneid. v. 403.

Quantum ignes, animaeque valent.

Quapropter Animam recipe, ut potest Terentius in Adelph. q. d. Respira. Animam comprime apud Plautum ubi supra, idest, Quiesce.

4. Prodrumis his acceptioibus, proclivē (est) multifariam exponetur praeiactum testimonium, ut hominis conlter mirificum opificium. Formavit igitur Deus, aptavitque cum humore pulverem (ideō quod Limus a Vulgarā, Pulvis dicitur a Regia Complutenſi, Figurina & Hebraica) & cōpacto luto; ex lutoq; simulachro corporis futuri humani, cum omnibus partibus heterogeneis; ac ex simulachro, carne cum ultima dispositione, Deus insudat creando, & creavit infundendo (uti hic observant ex Chrysolomo Pererius & Alapide) animam rationalem: quae dicitur in Hebraeo, & apud Septuag. cum Caietano, Maluend. & alijs, Spiraculum vitarum, Flatus, & halitus vitarum, propter praestantiam munerum triplicis vitae, ut infra videbimus. Quam ob causam ex corpore, & animā unitis formatus est physice homo, qui dudum nihil, & subiectivē terra. Ideō Homo ab humo, & Adamus a terra adama, seu rubra: quo sensu intelliguntur plura Scripturae testimonia, ut Iosue cap. 14. v. 15. Adam maximus, q. d. homo maximus. 2. Reg. cap. 7. v. 19. Ista est lex Adam: idest, hominis. Eccle. 35. 24. Eccle. 3. 21. Olfex. 11. 4. Ubi vox Adam sonat hominem, ut patet ex Hebraeo. Quapropter primus homo illic ut fuit constitutus, innotuit Animal rationale, quod est homo figillatione formae intellectivae, tanquam caractere hominis, & expressioe vitae humanae. Unde Chaldaeus verit: Factus est homo in animam loquentem. Hanc igitur rationalem excellentiam summis laudibus prosequitur Manilius lib. 2. Astron. ubi cap. 1. v. 105.

Quis dubitet post haec, hominem coniungere caelo

Eximiam natura dedit linguamque, castaque

Ingenium, volucrumque animam, quem denique in unum

Descendit Deus, atque habitat, ipsi sumque requirit.

Perpende in gloriam Deparare, quem denique in unum descendit Deus, & c. & adiuuge Magnae Gertrudis excellentem prerogativam adductae Regi Virginis post eam; igitur in corde habitat, ipsi sumque requirit.

Hinc ergo, si per ly Spiraculum vitae, intelligis ultimam dispositionem, erit periodi germanus sensus; finxit Deus statuum luteam, obumbrando hominem, insufflavique cum spiraculo vitae (nimisultima dispositione) formam rationalem; & factus est homo: siquidem

Anima pra  
vita.

Ovid.  
Plaut.  
Propert

Virgil.

Anima pra  
aura vitali  
Velloſi.  
Villalp.  
Arias Mōt.  
Aphons. a  
Castro.

Plaut.  
Cicero.  
Marc.  
Varr.

Virgil.  
Terent.  
Plaut.

Expositio  
prima.

Chrysoſt.  
Perer.  
Alapide.

Adami ne  
men pra  
homine.

Manil.

Gloria Dei.  
parae Ger  
trudis Man  
lii.

Expos. ſeq  
cunda.



idem nihil aliud est homo, nisi corpori unita anima rationalis. Perinde Aristoteles, ex quo D. Thom. 1. p. q. 54. art. 1. ad 2. ait: In animalibus vivere est esse.

Deinde non tantum formationis primi hominis exhibetur hic propositum, sed etiam modi, uti notat Oleaster in Genes. 1. v. 27. Formavit Deus hominem: si modum scire desideras, audi. Finxit materiam corporis ex limo terræ, vel limo terræ concinnavit in corpus, formamque (quæ spiraculum vitæ) creando insudit in dispositum corpus. Hoc est enim omnis homo physice. Propter quod Sanctes Pagninus legit: Et fecit hominem.

5 Denique. Si hac minime placent, observa Exergasiz (quæ ex politio, & amplificatio sententiarum) frequentiore usum, quo posterior sententia explicat priorem, vel eius firmitatem: unde oriuntur plurimæ Tautologiæ, ut notavi in Prologo Galeato. §. 4. num. 13. & præter illa testimonia, adduci possunt illud Ezechielis 7. v. 6. Venit tempus, appropinquavit finis. Matth. 24. 33. Scitote, quia prope est in ianuis. 2. Reg. 14. 5. Mulier vidua sum, mortuus est enim vir meus. De quo Tautolog. 6. ex professo. Plura alia vide apud Oleastrum canon. 5. ante Pentateuchum. Hoc igitur loco, nomine hominis non intelligitur homo, sed corpus hominis, uti subinde exponemus. Expromit enim posterior sententia clarius, quod anterior indicabat in conditione Protoparentis implexidus. Itaque formavit Deus hominem, & eadem erit, ac dicere: formato à Deo corpore ex limo terræ: i. spiraculo vitæ (nimirum forma) factum est corpus animatum, quod porro cum anima rationali est, & dicitur homo: factumque potenditur in animam viventem; ut possit se movere, sentire, fermocinari, & alia exercere vitæ munia, quæ in alijs animalibus per se patent. Factus profectò est homo, infusa animâ, & conftrato corpore, undecunque perfectò secundum ætatem, & molem. Vide Pereriu, Cornel. Alapide, Oleastrum & Haye, tum hic in Arbor. vit. tum in Biblia Maxima.

6 Dixi consultò, Perfectum corpus secundum molem, quoniam Auctores haud ipsimi subselij arbitrati sunt, Adamum præstasse staturâ nimis procerâ de genere giganteo. Ita Gilb. Genebrardus N. in Chronolog. lib. 1. Philo Iudæus de Mundi Opificio: Iulius Lipsius lib. 3. Physiol. Stoic. Dissert. 5. & pro viribus Ioannes Lucæus lib. 1. de Emendatione Temp. per. cui placent inepiæ Moylis Barcephæ de transitu Adami ad nos & Paradiso per vada Oceani. Hæc opinionem confutant nervosè Pererius hic Dissert. 3. qua. 3. num. 95. Alapide, Caictanus & Malsius ad illud Iosue cap. 14. v. 15. Adam maximus inter Enacim. Vide plura & pulchra apud Iacobum Bonfrerium in Genes. 2. v. 7.

7 Cur ergo, si homo vivens est, liquidem animal, & sine anima non est homo, ut ait Augustinus lib. 1. de Civitat. Dei. cap. 24. dicitur, cum spiraculo vitæ in animam viventem factus? (quo Hebraismo, quasi vulgari forsitan phrasi, utitur Scriptura multoties, ut Psalm. 38. v. 2. & Thren. 3. v. 39. Homo vivens, Eccli. 17. v. 27. Constitutebis vivens, vivus & factus consistebis. Ezech. 3. v. 21. Vivens vivet, & cap. 18. v. 9. 17. 19. 21. 28. Vita vivet, Eccli. 48. 12. Nos vita vivimus tantum. Deuter. 30. v. 19. Elige vitam, ut vivas: & cap. 4. v. 4. Vivitis universi usque in presentem diem. 2. Reg. 1. 9. Adhuc tota anima mea in me est. 3. Reg. 17. v. 22. Reversa est anima pueri intra eum, & revixit. Act. 17. v. 25. Cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem & omnia: ac denique 1. Cor. 15. v. 45. id ipsum inculcat, collatâ formatione primi & secundi Adam: igitur factus est primus homo in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem.) elucidabitur, singulis verbis assumpti testimonij delicatis.

8 Formavit. Haud oblat, quod cap. 1. v. 27. dicitur Creavit: quoniam quidem productio dici solet creatio, si sit ex indispósito, quâvis præsupposito subiecto: Nos si Deus invenit, disputabimus late, tom. 5. Tautolog. 3. ad illud Eccli. 24. v. 12. Creator omnium, & qui creavit me. Formavit Divinus Plastes, id est: finxit. Ita Hebr. Oleaster, & Delius hic. Finxit eo modo quo figulus tractat, & pertractat materiam iuxta illud Sapient. 15. v. 7. Iudex est figulus: id est, auctor. Jerem. 18. v. 6. Stetit lutum in manu figuli, sic vos in manu meâ. Ideo vocamur Figmentum Dei. Psalm. 102. v. 14. Itai. 29. v. 16. & Rom. 9. v. 20. Quod ne expressit Esdras lib. 4. cap. 3. v. 4. & 5. O Dominator Domine (inquit) tu: dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & in sufflasi in eum spiritum vitæ. & factus est vivens coram te. Figulus Deus dicitur: aptavit quidem in tale corpus telluris laute malsâ, ita ut nobilissimæ formæ munera in specie venusta corporis haud difficaliter excrecerent: miraremurque interiorum viscerum situm, nervorum omnium à cerebro ortum, cunctarum arteriarum à corde ductum, venarum principum ab hepate propagioem, & ubi calor inveniret fomitem: discretò etiam spiritu (qui à Medicis vocatur æthereus) triffatam, ita ut Animalis adscriberetur cerebro, Naturalis hepati, Vitalis cordi. Luçulenter enim in hunc articulum fuccini Alcimus Avitus ubi suprâ. v. 101.

Aristot. D. Thom. 2. p. q. 1. ad 2. ait: In animalibus vivere est esse.

S. Pagn.

Exp. quarta

Per hominem intelligitur corpus hominis

Adamus non fuit gigas. Genebr. Phil. Iust. Lips. Ioan. Lucid.

Pl. 18. 2. Thren. 3. 39. Eccli. 17. 27. Ezech. 3. 21. Eccli. 48. 12. Deut. 10. 29. 2. Reg. 1. 9. 3. Reg. 17. 22. 2. Act. 17. 25. 1. Cor. 15. 45.

Productio interdum dicitur creatio. Formate per fingere.

Differentia spirituum in corpore humana.

Pars interna novæ vitæ formatur ad usus.

Vicifisco primum corâi vitalia tegmen.

Naturale parant, plagam ne sentiat ullam,

Massaque congestis pendens absconditur exis.

Additur & tenui pascendus ab ære pulmo,

Ut concepta trahens lenti spiramina stans,

Accipiat reddens, reddat quas sumpserat auras,

Perque vias crebro pellatur anhelitus haustu, &c.

Vide etiam Marium Victorem lib. 1. Genesios, Nicolaum Nancel. Levin. Lemnium, & Expositores ad illud Iob. 10. v. 11. Pelle & carnibus vestisti me. Ex Profanis Lucretium lib. 4. de Natura rerum, Animâ etiam dicitur Spiritus: Psalm. 77. 39. Spiritus vadens, & non rediens. Anima, ut exercet vivificandi officij; Spiritus, ut intendit in Deum. Anima, ut respicit inferiora; Spiritus, ut respicit superiora. Hinc intelligitur illud Maria: Magnificavit anima meum Dominum, & exultavit Spiritus meus. Magnificare ad animam pertinet, Exultare ad Spiritum spectat: quippe magnificare cognoscitivæ potentia, exultare volitivæ.

9 Dominus Deus. Causa efficiens meditanter exprimitur, exposita exemplari suprâ cap. 1. v. 26. cum dicitur, ad imaginem & similitudinem nostram: de quo egimus Tautolog. 2. num.

8. Principium efficiens Deus, & non Angeli in hoc Opificio, uti ogganunt plures Hæretodoxi. Crisum videris in Epiphania, Augustino, Ildoro, Philaltrio de Hæresibus, & apud Aiphontum à Castro lib. 2. adversus Hæres. verb. Anima, Hæres. 5.

Dominus Deus. Aptè Deus, quia non alius. Ipse fecit nos: atque ex industria qui subintelligi quibat, auctor exprimitur: ut ex mirabili Opificio claresceret, cuius erat spectabilis operatio, & summitas artificis in summitate innotesceret operis. Hoc eximium animatum ædificium quis formavit? Dominus Deus: non Prometheus, qui apud Ethicos celebratur hominum Plastes: unde illud Satyrici, Satyr. 14. v. 35.

De meliori luto finxit præcordia Titan.

Nec ex se, aut ex semine coelesti in terras sparso, & lato, vel ex igne, aut sponte à terra, nullo auctore, nullaque ratione, ut aliqui deliri inepièrè, videndi apud Iulium Lipsium, ubi suprâ Dissert. 4. Quod recederet Ovidius lib. 1. Metam. Fabul. 2.

Natus homo est: suos hunc Divino semine fecit

Ille opifex rerum, Mundi melioris origo:

Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto

Æthere, cognati retinebant semina cæli.

Alij ex Stoicis sanioris consilij auctorem hominis vocant Naturam. Si discretè loquantur, tanquam de duobus principijs, ut Mercurius Trimegistus, quem secutus est Ovidius ubi suprâ, dicens:

Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.

Quisquis fuit ille Deorum.

Cæcitas est. Si verò ipsam Naturam vocant Deum: sic. Vis (ait Seneca lib. 2. Quest. Naturæ. cap. 45.) illam Naturam vocare? Non peccabis. Est enim ex quo nata sunt omnia, cuius Spiritu vivimus. & Orpheus, ut observat Natalis Comes in Mytholog. Fabularum. cecinit.

Unus est per se genitus, ab uno sunt quæcunque.

Fabricata omnia.

Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 5. vertit:

Unus perfectus per se: ex uno omnia facta.

Cuiusdam epigraphæ meminit L. Gregor. Gyraldus Syntagm. 1. in obsequium Minervæ, seu Divinæ Sapientia, sic se habentis: Ego sum, quæ sunt, quæ erant, & quæ fuerunt: velum meum revelavit nemo: quem Ego fructum pepri, Sol est natus. Vide plura & speciosa apud Lorinum & Sanctiolum in Apogol. Acta cap. 17. v. 28. Quinimò Cornelius Alapide in Genes. cap. 4. v. 56. Antiquos Deum Trinum & Unum quasi per nebulam rimatos fuisse, verficulis illis in templo Serapidis, sive Solis affixis, autumat. Perpende.

Principio Deus est: tum Verbum, bis Spiritus unus:

Congenita hæc tria sunt, cunctaque tendentia in unum.

Deum ergo Naturam vocabant, quia nesciebant. Res eos non seseellit: sed nomen Auctoris, ait Laëtantius Firmianus lib. 2. cap. 11. Unde de illis Paulus Act. 17. v. 27. Querere Deum, si forte attraherent eum, aut inveniant. Nota ergo, quæ Seneca de Consol. ad Helv. inter exaltatem, & quandam umbram, quippe videtur rem ac tangere, eum delirac: Id actum est (inquit) ab illo quisquis formator universi fuit: sive ille Deus est potens omnium, sive incor-

Tom. I. Taut.

Hh

Alcim. Avit.

Differentia anima & spiritus.

Causa efficiens hominis Deus, qui etiam causa exrema platis.

Error: Gentilium de hominis auctore. Iuvequal.

Ovid.

Mercur.

Ovid.

Senec.

Orph.

Clem.

Alex.

Greg.

Cyr.

Epigrapha mysticioria in templo Minerva.

Corael.

Alap.

Umbræ mysticioria.

Trinitatis.

Lact.

Euro.

pora.



poralis ratio ingenium operum artifex, sive divinus spiritus per omnia maxima, minima equali intentione diffusus.

August.

10. Hominem. Non pro utroque sexu, ut supra cap. 1. v. 27. sed pro Adamo: nec pro toto Adamo, sed duntaxat pro corpore Adamineque de corpore utrunque, sed de corpore animali, quale modò habemus, non spiritali, cum quo resurgemus: sicut definit Augustinus lib. 7. de Genesi ad liter. cap. 20. & Alphonius à Castro lib. 2. advert. Hæres. de cuius præstantia, si opus fuerit, consule Simonem Maiolum tom. 1. Dier. Cantuar. Colloq. 1. & 2. Perer. hic lib. 4. Disp. 3. quæst. 1. Alcimum Avitum lib. 1. de Orig. Mundi, Nicol. Nancelium lib. 8. cap. 12. Iustum Lipsium ubi supra, Dissertat. 2. & Levinum Lemnium de Occult. Natur. miraculis lib. 1. cap. 2. Quapropter homo dicitur Microcosmus, idest, parvus mundus. Physicè mundum (perhibet Macrobius in Somno Scipionis cap. 12.) magnum hominem dixerunt, & hominem, brevem mundum. Astipulatur Maullius lib. 4. v. 28. dicens:

Macrobi. Hinc parvus mundus. Manil.

Quid mirum noscere mundum, Si possint homines, quibus est & mundus in ipsis?

De hoc argumento scripsit Laurentius Hæchtanus, & analogiam Nicol. Nancelius. Natura homo mundum & elegans animal, inquit Seneca Epist. 93. Animantium omnium pulcherrimus, Plutarchus de Placitis Philosoph. lib. 1. cap. 6. Solum ex omnibus celeste, & divinum animal, Laetant. Firmian. lib. 7. cap. 8. Ovidius ubi supra, v. 8:

Senec. Plutarch. Laet. Fir. Ovid.

Sanctius his animal.

Idest, admirabile, suspiciendum, venerandum, ut inquit hic Scholiastes Iacobus Pontanus: Proinde Gregorius Nazianzenus Orat. 1. de Pace, ait: Neque enim eo nullum opus, aut præstantius, aut magnificentius excogitari potest. Vide quæ diximus Tautolog. præcedi in Exposit. literæ num. 20. Patet ergo, hic per Hominem non intelligi animam, siquidem non assumpta de pulvere, sed corpus Adami concretum de limo terra, uti subinde dicitur.

Jacob. P. Nazian. Fabrica corporis humani extimita. Causa materialitatis hominis. Homo terrigena.

11. De limo terra. Ecce causam materialem. Corpus igitur constituitur de adama terra, ut dixi: quam obrem Terrenus dicitur, 1. Cor. 15. v. 27. & corpus vivum terrestris habitatio. 2. Cor. 5. v. 1. atque nos ex illo & per illum terreni, ut enunciat P. salm. 48. v. 3. ubi Quique terrigena filij hominum. Quod quidem apposite Salomon Sapient. 7. v. 1. & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus est. Quæ latet Spagiricos, haudquaquam origo mortalium occultatur vel Ethnicis. Ovidius ubi supra Fabul. 6.

Ovid.

Si modo, quæ fuerat rudis & sine imagine tellus, Induit ignotas hominum converfa figuras.

Ac Mercuria Trismegilus appellat hominem Terram levisissimam, apud Iust. Lipsium de Physiol. Stoicor. lib. 3. Dissertat. 4. Aptius ergo Hermes dixisset, si eum diphthongo Levisissimam plauderet: idest, defæcatam, hoc enim significat de limo terra, idest, de purissima terra: uti annotavi in Prolog. galat. 5. 4. num. 6. Sic ferè loquuntur Poætæ. Juvenal. Satyr. 14. v. 34.

Mercur. Trism. Purissima terra.

Quibus arte benigna De meliori luto.

Horat. lib. 1. Carm. Ode 16. quia regia & levior massa; Prothoplasti argillam vocat Limum principem.

Juvenal.

Fertur Prometheus addere principi Limo.

Ex quo liquet corporis humani materiem non fuisse particulas aliorum animalium, neque portiunculas minutas volucrum, sicut vigil somniavit Horatius ibidem canens:

Horat.

Limo coactis particulam undique Defectam, & insani Leonis Vim stomacho apposuisse nostro.

Consule Levinum Torrentium hic, & Iacobum Pontanum in Fabul. 2. lib. 1. Metam. Ovidij. Hoc enim signum constat est in figulina cerebri Poëtarum, ut indicarent hominem omnium polere virtute, & cunctorum animalium vigore.

Idem.

Hoc sanè vacuum sinciput, & lingua dicibula: verum enim pluribus DD. placet, lutum istud allatum ab Angelis à quatuor ventis, sive à partibus Orbis. Ita Augustinus tract. 9. & 10. in Ioann. Tertullianus de Carne Christi cap. 9. Cyprianus de Sims & Ston. Iacobus Bonfrerius hic: unde nomen Adam ex aethiolicis consistere cecinit Sibylla:

Terra ex qua corpus Adami ex quatuor Orbis plagis. Sibyl.

Nimirum Deus hic finxit Tetragrammaton Adam Qui primus factus est, & qui nomine complet

Ortumque, Occasumque, Austrum, Boreamque rigentem.

Sanèquam opportunè Emmanuel Theaurus in Theaur. man. de Adamo ænigma proponit. Nomen (ait) signat Quatuor mundi plagarum nomina à Græcis pete: Anactoli, Dyffis, Arctos, Mesembria (quæ sunt stelle respicientes quatuor angulos Orbis) abactiffa nominum capita iunge: nomen habebis. In hoc argumentum plurima curiosa & erudita excerpte ex Doctiff. Gasp. Sanctio in 2. Reg. 16. num. 4. 3. Reg. 2. 8. & in Daniel. 5. v. 25.

Emmanuel Theol.

12. An autem Angeli concurrunt ad hominis formationem, adhuc sub lite est. Negat D. Thomas 1. p. q. 91. art. 2. etiam Pererius hic lib. 4. Disp. 3. quæst. 2. num. 93. Dubitat Augustinus lib. 9. de Genesi ad liter. cap. 15. Altruic. Leonardus Marius in Genes. cap. 2. num. 22. Nullum prorsus inconveniens retur (sicut Pererius ubi supra num. 94. arbitrat, potuisse) Angelos ministerialiter tantum, quo sensu conceditur etiam à Doctore Angelico in responsione ad 1. Argum. concinnasse pulverem, aptasse massam, materiam compegilisse, atque in speciem humani corporis transformasse: siquidem nihil amplius opus fuit, ut formaremur, quam ut reformaremur: & Christus, Matth. 24. v. 31. dicit: Filii hominis mittet Angelos suos, & congregabunt electos à quatuor ventis. Quod de ministerio Angelorum in reformatione universali unanimitè accipitur à sanct. Patribus. Quo circa Cornelius Alapide hic inquit: Angeli plurimi cines singularum mortuorum colligent, ex hisque speciem corporis humani formabunt: quod deinde organizabit, & animabit Deus. Alentius quoque Marius Victor lib. 1. Genes. v. 213.

Angeli possunt concedi aliquod ministeria in hominis formatione.

Non aliter ruptis mandata resurgere bustis Corpora vera fides, cum celo in lapsa patienti Maestas gravida resonet cava viscera terra. Lutum hoc quantumvis defæcatum & primum, lutum est. Discite, & miseri, & causas agnoscite rerum, Quid sumus.

Cornel. Alap.

Mar. Vict.

Perf.

Ex Persio Satyr. 3. v. 165. detumplit in documentum flagrans Augustinus lib. 2. de Civit. Dei cap. 6. Uberimè Nos in Didascalijs. Interim lege Senecam Ep. 194.

August.

13. Et inspiravit. Apposite enunciat cum Manilio lib. 4. Astron. cap. ultim. v. 65. Sic animi sedes tenui sub corde locatur. Materia ne quare modum: sed perspicue vires, Quas ratio, non pondus habet.

Manil.

Formatio primi hominis in instantæ.

Sic igitur concinnato elegantissimè, ut insertaretur, corpore humano (Humano intellige potentia remota, quippe solum statua lutulenta, uti diximus) collata ultima dispositione, eodem in instantæ (et si aliqui probare auctoritatis inficias eant, ut Chrysolomus in Genes. Homil. 12. Leo Pap. Epist. 93. Abulensis hic, Leonard. Marius ubi supr. num. 22. Marius Victor, Alcimum Avitus, Alphon. à Castro lib. 2. advert. Hæres. v. Anima, Hæres. 4. & denique Eugubinus in Cosmopœia) insula est anima rationalis. Eodem in instantæ, cogitatò dixi: Quia Deus animam ante corpus non creavit. Neque sanè possumus incorporalem, & aternam (ait Hieronymus Epist. ad Pammiachium) in modum glirium immobilem, torpentemque sentire. Consule Ferdinand. Vellofill. in Advert. in Hieron. tom. 9. quæst. 17. in Augustini tom. 1. quæst. 7. & in 1. Chrysol. quæst. 1. Eronecè profert Origenes lib. 1. Periar. cap. 7. & 8. animam simul cum Angelis iussit creatam (quæ quidem sententia perpetim tribuitur Augustino lib. 7. in Genes. cap. 24. cum non assertivè loquatur, uti dicit Angelicus Magister 1. p. q. 90. art. 4. in corp. & contrarium ipse Augustinus astruat lib. 6. de Genes. contra Manich. cap. 8.) ante corpus Deum animam creasse, fas non est credere. Naturaliter est forma corporis, inquit D. Thom. ubi dudum ad 1. Anima qua anima, forma est: formæ verò, quæ forma, non est aliud esse, quam esse formam. Non est ergo consentaneum, esse prius animam: quàm formam: forma autem actu non est nisi in materia, quæ non prior, quàm non est prius, insitatur in anima rationali, quæ rationalis, minus formæ Petrus Ioannes damnatus in Concilio Viennensi sub Clemente V. uti assertit Franc. Longius à Coriolono in Breviario Chronologico Concilior. Anno 1311. Huiusmodi igitur ludritum paradoxum refutat D. Thom. 1. p. q. 76. art. 1. & Alphon. à Castro ubi supra Hæres. 1.

Hieron. Non est condita ante corpus anima.

D. Thom. Anima est prout ratio: nisi informat corpus, quæ Pet. Ioan.

Nec cum dicitur Inspiravit, & Formavit rudi Minervæ Deum corporeis manibus arbitraris formasse corpus, aut faucibus insufflasse animam, sicut cogitavit Eugubinus in Cosmopœia, & Oleaster hic, capiteque primo v. 27. de quo egimus Tautolog. 2. num. 8. Altruic enim Deum formam humanam assumpsisse, cum produceret hominem, ut proprie fieret ad Dei imaginè, & similitudinè, stallitur proculdubio, tantus Doctore. Inspiravit igitur tropica Tom. I. Taut. Hh 3 locu.

Deus non fuit in assumptione corpore, quæ fecit hanc enim



Eugub.  
Oleas.

locutio est, & metaphoricè accipienda per Antropopathos. Non insufflavit, ut Christus in discipulos, *Ioann. 20. v. 22.* habebat enim Soter N. verum corpus. Aptè hic quod supra Manilius v. 66.

Manil.

*Materia ne quare modum, sed perspicere vires,  
Quas ratio, non pondus habet.*

Tertull.

14 *Inspiravit* Deus, ut ostenderet animam hominis non educi de potentia materiae. Sicut cogitavit Tertullianus de *Anima* cap. 9. v. 2. & 27. lecirò de sexu illarum ibidè cap. 38. *Omnis anima tam virorum, quam mulierum pulchra & similes sunt, sed membra tantum corporis differunt habent.* Verum quam inepte per se constat. Educuntur de potentia subiecti anima minores, leves, materialesque, de quibus iam num. 1. quo sensu dicitur: *Reptile anima vivètis, & intelligèda sūt alia eiusmodi reitimoniam: anima verò rationalis est immediatè à Deo.* Sic Haye, Lyra, Pererius, Alapide, Delrius, & Mariana. Cecinit etiam, ut vidimus num. 1. Marius Victor. *Relinquitur quod mens sola* (ait Aristoteles lib. 2. de *Generat. Animal.*) extrinsecus accedat, & sola divina sit. Proin Lucretius ubi supr.

Anima rationalis non est ex traduce.  
Aristot.  
Lucret.

*Cedit enim retrò de terra, quod fuit ante  
Terra, sed quod missum est ex aetheris oris,  
Id rursum caeli fulgentia templa receptat.*

Et Manilius lib. 4. ubi supr. v. 22.

Manil.

*In caelumque redire animas, cœlogue venire.*

1. Reg. 17. 22.

Anima rationalis immortalis, ex natura sua.

15 *Inspiravit* etiam, ut indicaret immortalè animam ex natura sua, non per Dei gratiam, uti aliqui voluerunt: de quo vide D. Thom. 1. p. 1. q. 75. art. 6. Pareo ergo syntagma, 3. Reg. 17. v. 22. ubi dicitur de pupo fati fucto, *Reversa est anima pueri intra eum & revixit.* Perpende *Anima pueri* pro animæ immortalitate; quippe alia esset anima, si non esset immortalis, in revocato puero: & non alia in puero, nisi anima pueri, Consule Clementem Alexandr. *Stromat.* lib. 4. *Isidorum Pelosiorum* lib. 3. *Epist.* 124. & Pererium hic *Dissput.* 4. quæ est. 2. Inter Ethnicos habes auspiciatorem Scholam Stoicorum: nota tamen Philosphorum sententias apud Eugubinum lib. 9. de *Perenni Philosophia*, & Liptium *Dissertat.* 8. & 9. de *Physiol.* lib. 3. licet in 11. *Dissertat.* palinodiam cantent. Verum qualiter? Faxò videbimus & ridebimus.

Et spiritua-  
li.

Senec.

16 Deinde. *Inspiravit*, ut non solum animam exprimeret immortalè, sed ut signaret esse spiritualem, minime corpoream, aut coloratam, sicut aërem verberans, sensit Te tullianus pluribus in locis, videndis apud Pamelium in *Paradoxis Tertullianum cum antidoto*, *Paradox.* 7. Ex Philosophis supponit Seneca: at quam rancide & ridicule! *Bonum* (ait *Epist.* 106.) *prodest: facit enim: quod facit, corpus est. Bonum agit at animum, & quodammodo format, & continet: que ergo propria sunt corporis, ea corporis bona sunt: corpora ergo sūt, & que animi sunt; nam & hic corpus est. Bonum hominis necesse est corpus sit, cum ipse corporalis.* A principio falso pro vero astruendo, inferuntur quam plurima consilia necessariò. Consequenter enim procedit, ubi dicit *Epist.* 113. *Animam & virtutes eius esse animalia.* Stoicorum namque multa, & graves sententia: verum multa insigniter fatue. Nonne fatuum, Principem & primum Stoicæ disciplinæ & militiæ, columnem sterciorum dogmatum, barbaram magistrum, fulcimen sapientiæ, attractis supercilij, fronte rugosa, serjò asserere, virtutes, vitia, affectus, impulsus, substantiam, accidentia, ac denique animam animalia esse? Ipse sibi respondeat ibid. *O tristes ineptias!* Vel Cicero lib. 1. *Tuscul. quæst.* fulminans, *Nos corpora non esse.*

Cicero.

August.

D. Thom.

Deus spiri-  
tus est.

17 Caterum quid mirum animam corpoream proponi, cum & ipsum Deum corporeum assererent? Ita Tertullianus lib. de *Pœnitentia* cap. 3. *Advers. Hermogen.* cap. 35. *De Carne Christi* cap. 11. *Advers. Marcionem* lib. 2. cap. 16. atque apertissime *Advers. Praxeam* cap. 7. licet Augustinus de *Hereseb.* cap. 86. altiori sensu excuset, dicens mitissimus Cato: *Potuit nominare Deum corpus, quia videlicet non est inane, sed est aliquid, qui ubique totus est.* Quam opinionem esse Antiquorum Philosophorum, perhibet D. Thomas igitur 1. p. q. 75. art. 1. in corp. ait: *asserunt, quod non est corpus, nihil esse.* Clare modò sensus placitè Cordubensis Philosophi. Hic error fuit Anthropomorphytatum ex Vadiano *Hereseatacha.* Ad, si lubet, *Isidorum* lib. 8. *Etymolog.* cap. 5. *Alphonf. à Caltro advers. Hares.* lib. 5. verb. *Deus, Hares.* 2. Confutationem habes *Sapient.* 7. v. 22. ubi. *Est enim spiritus intelligentiæ sanctus, amicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens.* *Ioann. 4. 24.* *Spiritus est Deus.* 2. Cor. 3. 17. *Domini ergo spiritus est.* & Luc. 24. 39. *Spiritus carnem & ossa non habet.*

18 *In faciem eius:* id est in ipsum per Synecdochen. Phrafs itaque trita in Sacra Pagina:

na: *Ante faciem Dei caeli: Super faciem abyssi.* Locum igitur habet t expositio *Tom. 5. Tautolog. 5.* *Sistrice* acciperis, adhuc locus est, ac minime extra orbitam. *In faciem* tantum dicitur, quia in facie relictæ rationalitas: est enim Empyrium Microcosmi. Vide Ambrosium & Basilium ubi supr. *Chrysostrum. Concion. de Providentiâ & fato.* Nilenum de *Homini. Opificio.* & *Celsum Rhodigin.* lib. 3. cap. 11. *Hanc* (inquit Plinius lib. 11. cap. 37.) *habet sensus artem, hinc venarum omnis à corde vis tendit, hic definit; hic culmen altissimum, hic mentis est regimen.* Alexander à *Alexandro Genial. Dier.* lib. 2. cap. 19. *In ea pari corporis sanctior in homine est.* *Apuleius* lib. 1. *Apolog.* *Est enim factes pars hominis loco celsa, visu prompta, usu sacunda.* *Ovidius* lib. 1. *Metamorph. Fab. 2.*

*Prona cum spectent animalia cætera terras,  
Os homini sublime dedit, &c.*

Quem sequitur Silius Italicus lib. 1. de *Bello Punic.* cantans:

*Nonne vides hominum, ut celsos ad sidera vultus  
Sustulerit Deus, & sublimia fixerit orae?*

19 *Spiraculum vitæ.* Describitur denique in Adami formatione causa formalis, quæ rationalis anima. Nec quia *Spiraculum Dei*, arbitreris animam partem divinam substantiam; ut Tertullianus lib. 4. *Advers. Marcionem* cap. 37. *Ex Profanis magna fruges, sed mala. Epictetus* censet *Dissertat.* 1. cap. 3. & *Seneca Epist.* 92. ac de *Vita Beata* cap. 32. ubi ait: *Illud verum est, quod maximè probas, hominem divini spiritus esse partem, ac veluti scintillas quasdam sacrorum in terras desluisse.* *Ovidius* ubi supr. ambigit, verum Manilius asfirmat lib. 2. modulans:

*Quis caelum posset, nisi caeli mœnera nosset,  
Et reperire Deum, nisi qui pars ipse Deorum?*

In hos ergo vide Augustinum de *Genes. ad liter.* lib. 7. cap. 26. D. Thom. 1. p. q. 90. art. 1. & *Alphonf. à Caltro* ubi supr. *Heres. 4.* contra Gnosticos.

20 *Explicuitur* etiam cogitatio *Heres. 4.* *contra Gnosticos.* 99. (in quem insurgit Augustinus, tum in *Prefation.* lib. de *Heres. cum* lib. 13. cap. 24.) cui aridire videtur *Cyrellus Alexandrinus* piè & congruè subinde exponendus; aliterentis, per ly *Spiraculum vitæ* debere alitri Spiritum Sanctum. Cæterum perperam: incongruè alias *Paulus antithesim Primi, & secundi Adam* formaret, & exponeret. Uterque abtude factus est in animam viventem; & *Doctores Gentium* signanter dicit 1. Cor. v. 45. *Factus est primus homo Adam in animam viventem: novissimus Adam in spiritum vivificantem:* id est, Primus in animam viventem sibi tantum: Secundus in spiritum vivificantem etiam spiritus aliorum, & *Adamum primum:* siquidem differentius præ illo nomen, & idem hereditavit, tanquam unctus oleo exultationis præ participibus. Et sicut idem *Paulus* ibidem v. 20. 21. 22. ait: *Corvus primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum, & sicut in Adam omnes moriuntur; ita & in Christo omnes vivificantur.* Quam obrem Irenæus hic egregiè dixit: *Alius est habitus vitæ, qui animalè efficit hominè: alius spiritus vivificans, qui spiritalem hominè operatur.* Unde *Isai.* 42. v. 5. ait: *Dans statum populo, qui est super eam (terram scilicet) & spiritum calcantibus eam: id est, ut Deus statum quidem omni populo dederit: spiritum verò tantum, qui terrena desideria calcant; ut status ad tempus sit, spiritus verò æternus; ut potè qui propriè Dei donum est.*

21 Ex quo patet per *Spiraculum vitæ* signari animam rationalem: ita *Chrysostrmus Homil. 11.* in *Genes.* *Eucher. lib. 1.* in *Genes.* *Lyra*, *Pererius*, *Caictan.* *Alapide*, *Delrius Hugo*, & *DD. Scholastici cum Magistro 2. sent. Distinct.* 18. Vocatur igitur anima *Spiraculum vitæ:* quippe vita in spiramine itat. *Deus*, ait *Alcimus Avitus* ubi supr. lib. 1. vers. 127.

*— Levem suavi statum profundit ab ore,  
Inspirare homini, quem privatus ille recepitum  
Atrahit, & crebri discit spiraminis auras.*

Quapropter amisso spiraculo, homo moritur, morique dicitur amissio, seu privatio spiritus. Haud intelligas amissionem aëris, seu flatus, ex cuius temperamento pendet vita, cum non uniat corpori sed fontem respirationis, qui anima unita, uti forma corporis, ex qua oritur vita. Quo sensu palam sit illud *Panli:* *Cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia.* Nota: *Vitam*, id est animam; vitæ principium, & corporis primum actum. *Inspirationem*, nimirum usum vitæ; & omnia ad eius conservationem.

Aliter siquidem testimonium interpretantur AA. *Classici:* vide *Lorinum* hic. Expositus vide

Facies præ  
cuius est san-  
ctus.

Facies hæc  
minis caeli  
microcosmi

Ovid.

Sil. Ital.

Causa for-  
malis Ada-  
mi.

Tertull.  
Anima non  
est, pars di-  
vina sub-  
stantia.

Senec.  
Manil.

Spiraculum  
vitæ non est  
Spiritus San-  
ctus.

1. Cor. 15.  
45.

Iren.  
Feri habet  
vitam, qui  
terrena cal-  
cat.

Spiraculum  
vitæ est ani-  
ma ratio-  
nalis.

Alcim.  
Avit.

A. G. 178  
25.



Cur dicitur spiraculum vitarum?

Gregor. Magn. Ad. 17. 29.

In anima rationali tripliciter vitæ excellentia.

Finalis causa.

Clem. Alexand.

Mar. Viti.

Idem.

Ean.

Chald. In homine Anima vivens id est rationalis.

Senec.

Proprium homini ratio.

Quid sit anima vivens.

Gratia vitæ vitæ.

August. Hebr. Cyril. Alexandr.

videtur iuxta literam germanus sensus. Habemus donationes, secundum gratiam qua da- ta est nobis, differentes. De sensu tropologico in Didacalijis. Radix ergo vitæ anima est: quæ etiam dicitur Spiraculum vitarum a Bibl. Hebr. Tigurini. Malucnda, & Calcatno: haudquaquam propter foramina narium, quæ respicitur & ore clauso, sicuti alibi vobis placet; quandoquidem nares non sunt respiramina vitæ, sed receptacula, aut conductus spiraculi: sed vel propter differentias spirituum naturalium, animalium, & vitalium, de quibus diximus num. 8. vel appositius propter præstantiam triplicis functionis vitæ rationalis, sensitivæ, & vegetativæ, quam homini confert, licet una sit forma secundum substantiam: Habet vivere cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis: ut perhibet Gregorius Magnus Homil. 29. in Evangel. Liquet igitur singularis expositio Paulinæ superioris auctoritatis: scilicet, cum Deus det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia. Omnis generæ vitæ mentionem facit Vitam, id est, vegetabilem: Inspirationem, nempe in signe sensibilibus: Et omnia, in anima rationali, quæ est forma hominis, & principium quo vegetandi, sentiendi, & intelligendi.

22 Et factus est homo in animam viventem. Ecce quod intentionaliter primum. Factus est homo, qui finis operationis Dei. Vel aliter, Homo, nimirum corpus, ut dixi num. 10. factum est vivens secundum omnes vitæ gradus: & homo ex corpore vivo & anima vivificante; quoniam homo non habet vitam a corpore, sed ab anima vitæ radice. Proinde Factus est in animam viventem, idem sonat, ac ut vivat vitam in carne definitam: inquit Clemens Alexand. lib. 7. Stromat. Effectus formalis formæ haud distinguitur ab ipsa forma communicata: ut forma communicata dignoscatur demonstratione effectus: dicitur homo in animam viventem ab Opifice factus. Commune quidem est, non tantum inter Philosophos, quin etiam apud Poetas. Marius Victor itaque lib. 1. v. 170.

Et vers. 198. Omnia quæcunque movent anima generata vivente.

Ac Ennius in Epitaph. Præterpropter vita vivitur. Ubi stylum eundem Tautologicum contemplari poteris: in quo per effectum formalem exprimitur forma.

Vel In animam viventem, intellige in animam rationalem, ut legit Chaldaea versio: Et factus est (ait, Adamus) in animam loquentem. Quo sensu Paulus Hebræor. 11. v. 4. inquit: Desunctus adhuc loquitur: id est, vivit, Homo apparuit rationalis, compositæ animæ cum intellectu florentis: ut discrimen vitæ hominis, & reliquorum animalium propalam exponeretur. Unde David Psal. 118. v. 144. Intellectum da mihi, & vitam. Audi Senecam minime ut supra desipientem. In homine optimum quid est? Ratio: hac antecessit animalia, Deos sequitur. Ratio ergo perfecta proprium hominis bonum est: cætera illi cum animalibus satisque communia sunt. Valet? Et leones. Formosus est? Et pavones. Velox est? Et equi: non dico, in his omnibus vincitur. Non quæro, quid in se maximum habet, sed quid suum. Corpus habet? Et arbores. Habet impetum, & motum voluntarium? (id est naturalem, ut observant hic Lipsius, & Erasmi, Roter.) & bestia, & vermes. Habet vocem, Sed quanto clariorem canes, acutiorem aquila, graviorem tauri, dulciorem, mobilioremque lascivia? Quid in homine proprium? Ratio: id ergo in homine proprium, solumque est, quo probatur, & improbat. Hæcenus Stoicus Cordub. Epist. 76. Vide etiam lib. 1. de ira, cap. 3.

Si alcius velis intelligere, fas est: quatenus per animam, denotetur vita temporalis; & per viventem, æterna: illa præsens, hæc futura. Vel duplex vivendi modus, quo gaudet forma rationalis, completus, & incompletus: per animam inadæquatus, siquidem inibi sit per se, sine corporis administraculo per viventem perfectus; prout est forma corporis vitalis illud. Aptius denique. Factus est homo in animam viventem; designando vitam naturalem per animam, supernaturalem autem, per viventem: illam a forma, isthanc a gratia; quæ a Ss. PP. & DD. vocatur vita vitæ: & in qua conditus Adamus. Hæc illum, qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, suffodivit: dicitur Sapient. 10. vers. 1. Astruit D. Thom. 1. part. quæst. 95. artic. 1. Hucque retorquere de Conditore Deo dicit: Simul in eis & condens naturam, & largiens gratiam. Quapropter Hebr. & aliorum Versiones, Inspiravit spiraculum vitarum: quasi duplicem vicam portenderet, spiritalem nempe, & naturalem. Quæ intelligentia claret mens Cyrilli Alex-

Sandriani exponentis per Spiraculum vitæ Spiritum Sanctum: ut vidimus supra num. 20. Spiraculum quidem a naturali forma: spiraculum verò vitæ a vitæ vita, quæ est gratia.

23 Ex his etenim pervium & sine cæspite iter regium expositiois reliquarum auctoritatum affinium. Retorisa, est anima pueri intra eum, & revocavit: dicitur 3. Reg. 17. 22. Revocavit. Inducatur anima, quæ forma, per effectum formalem, scilicet vitam. intra eum: quia corpus, utpote subiectum, est animæ receptaculum, & cor vitæ corporale principium, veram animam ut actus primus & forma, primum est principium vitæ, & origo operationum.

Spiritus intus alit, totaque infusa per artus Mens agit at molem; & magno se corpore miscet.

Dicam cum Virgil. Æneid. lib. 6. Mens, id est anima, quæ potèrè immediatè unitur corpori, & intus, ut inquit D. Thom. 1. part. quæst. 76. art. 7. ad 3. Intime inquam: quia non ut ventus, qui quidem non medium, sed duntaxat unioni dispositio est, & cuius intemperie dissolvitur homo. Hinc claret illud Deuter. cap. 4. v. 4. Vos vivitis usque in presentem diem. Id est, valeatis: quippequam

Non est vivere, sed valere vita.

Ut canit Val. Martialis lib. 6. Epigram. 69. Non erat in tribus eorum infirmus. Dispositione extrinsecorum agentium, siquidem, ut plaudit Palmographus Plalm. 120. v. 6. Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctem) gaudebant cuncti optima valetudine. Vel si placet, exponere: Vos vivitis usque in presentem diem; quia ad hæc illi Domino, ut ibid. dicitur. Alij, quia erraverunt ab utero, & locuti sunt falsa, mortui sunt: conitatur Exod. 32. v. 28. Num. 14. v. 12. & 16. v. 31. Si autem secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis: proter Paulus Rom. 8. v. 13. Si etiam plus in expositio- ne desideratur, haud inepte delicabis illud, Vivitis usque in presentem diem; modo intellexeris per vitam, vitæ prosperitatem. Q. d. Moyles, Vivitis, id est, floretis, feliciter vitam agitis. Patet pluribus testimonijs. Elige vitam ut vivas. Deut. 30. v. 19. Scilicet, ut sanile & fortunatè vivas. Quærite bonum, & non malum, ut vivatis. Amos 5. v. 14. Inimici autem mei vivunt. Psal. 37. v. 20. Ac denique in Pauli testimonio prædicto illud Moriemini, & vivetis, idem est, ac cõdenabimini, ubi vita intelletior, & salvi eritis, quò nulla vita beator.

Unde, Totà anima mea in me est. 2. Reg. 1. 9. non debet intelligi, quòd sit divisibilis, igitur immaterialis, ut notavius num. 14. & 16. sed quia vulnera, quæ Saul accepterat erant inania; ut disrumperetur unio, & anima avelleretur protinus a corpore faucio. Timebat ne vivus esset coram hostibus ludibrio Rex superbus; eò vehementer vulneratus: sensum enim morimur, & iubet valido ista transodi, ne caderet sub manu hostili. Acumini cogitationis astipulatur Syriac. dicens: Totà vita mea (non anima) in me est. Nimirum, de vulneribus adhuc convalescere possum, roburque recipere pristinum.

24 Homo vivens, q. d. homo stans (ait Hieronymus in Psal. 38.) aut qui stare videtur. Ita etiam Oleaster in Genes. 1. v. 26. Quod expressè Arabic. Homo vivens, fortis, & valens. & Psal. 38. v. 49. Quis est homo, qui vivit (nempe, qui completa valetudine floret) & non videbit mortem? In hocce sensu mens Ecclie. exponenda, cum dicit cap. 17. v. 27. Constituberis vivens (statim exponitur) vivus & sanus constituberis. Id est non æger, vel proximus morti, sed cum ratio valetudine bonâ possit discernere prelosum à vili, atque decernere omilla, & commissa.

Aptè sanè poteris per Homo vivens, intelligere carnem viventem, cum Clemente Alexand. Strom. lib. 3. Pertrita phrasia in Scriptura patet: licet e contra. Omnis caro, id est, omnis homo. Genes. 6. v. 12. Omnis quippe caro corruperat vitam suam. Itai. 40. v. 6. Omnis caro fœnit: videlicet Omnis homo. Vanitati enim creatura subiecta est, & univerfa vanitas omnis homo vivens. Nec vita sanè dicenda (in sic merito Bernardus Serm. de Fallacia huius vitæ) qua nimirum soli vivitur morti. Sophocles etiam in Aiace.

Homo nihil est, quàm status, & umbra.

Vide meditant r symbola illius, Sapient. cap. 5. à vers. 9. usque ad 13. Incirco Apollinari- us in Psal. 38. v. 7. Pro homine vivente vertit: Unio radis vitæ mea ita inutilis, ut vanitas sit, & omnino vanitas. Mors enim securi in declinabili devovet omnem hominem venientem in hunc mundum. Verùm hoc in Didacalijis, quandoquidem hic haud loquimur tropologicè.

25 Interdum per Epitaphium huiusmodi Hebræismi solent exponi: quia figura alijs commendatur certitudo sententia. Sic homo vivens, vivens vivus, vivens vivet, vitæ vi- vet, & alia similia, idem sonant, ac certò & firmiter vivet, vitam profectò habebit. Quod

3. Reg. 17. 22.

Virgila

D. Thom.

Deut. 4. 4.

Marc. Vivere pro valere.

Vita pro sci- licitate.

Deut. 30. 19.

1. Reg. 1. 9. Anima ra- tionalis: non est divi- sibilis.

Syriac.

Psal. 38. 7. Th. 3. 19. Pl. 88. 29. Ecclie. 17. 27.

Homo vi-vens id est caro Clem. Alex. Bernard.

Sophoc.

Apollin. id est, vanitas.

Ezech. 38. 21. & 28. 9.